

**A** gocia quæ inter se habent deserantur, electis vide-  
licet potentibus viris deum colentibus, iustis & qui  
oderint superbiam, quos constitutus super milleños,  
alios super ceteros, alios super quinqueagenos, alios  
super denos. Sic & ab ipso Moysē remouit graues  
& periculofas occupationes, nec istos grauauit. Quan-  
doquidem ipsi mille haberent vnum super se, & sub  
illo haberent alios decem, & sub eis alios viginti.  
& sub his alios centum, vt vix aliquid ad singulos  
quosque præpositos pertinaret, quod indicare nec es-  
se haberent. Insinuantur hic etiam humilitatis exem-  
plum, quod Moyses cum quo loquebatur deus, non  
fastiduit neque contempnit alienigenæ ficeri sui  
familium: quanquam & ipse Iethro, cum Israëlitæ nō  
fuisset, utrum inter viros deum verum colentes, re-  
ligiofæ sapientes habendus sit, quemadmodum  
& Iob cum ex ipso populo non fuisset, merito queri-  
tur, immo credibilis habetur: ambigue quippe pos-  
ita sunt verba, vel utrum significauerit deo vero in  
populo eius, quando vidit generum suum, vel utrum  
adorauit eum ipse Moyses: quanquam de adoratio-  
ne etiam si expresse positum esset, honor videretur so-  
cero redditus, eo modo quo solet hominibus honori-  
ficien̄tia causa exhiberi a patribus, Sicut de Abra-  
ham scriptum est, quod adorauerit filios Heth. Q. nos

Gen.22.

**B** autem dicat, γραμμάτων ἡ ιωαννῆς post decurio-  
nes, non facile sciri potest: quoniam hoc nō in nul-  
lo sūtu habemus, vel officiorum vel magisteriorum.  
Nam quidam doctores interpretati sunt, vt intella-  
gantur utique literarum, qui introducant in literas,  
licet refomat Græcum vocabulum. Hic lane signifi-  
catur quod ante legem datum habuerint Hebrei literas,  
quaे quando coepi- esse, nescio utrum valeat invi-  
dagari. Non nullis enim videtur à primis homini-  
bus eas coepisse, & perductas esse ad Nœ, atque inde  
ad parentes Abraham, & inde ad populum Israël: sed  
vnde hoc probari possit ignoramus.

LXX.

Exo.19.

**M**ensis autem tertius exitus filiorum Israël de terra Aegypti  
hac die venerunt in erenum Sina, & profecti sunt  
ex Raphidim, & venerunt in erenum Sina, & appli-  
cuit Israël ibi contra montem, & Moyses ascendit in  
montem dei, & vocauit eum dominus de monte de-  
cens, Hæc dices domui Jacob, & nunciabis filiis Is-  
rael, Vos ipsi vidistis quaē fecerim Aegyptijs, quo-  
modo portauerim vos super alas aquilarum & af-  
sumperim in mihi. Si ergo audieritis vocem meam &  
custodieritis pacem meum, eritis mihi in peculiū:  
& cetera. Deinde paulopost, Descende & testare po-

**C** puto & purifica illos hodie & cras: & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Tertius enim  
die descendit dominus in montem Sina coram omni  
populo. Hoc die reperitur data lex, quaē in tabu-  
lis lapideis scripta est digito dei, sicut consequen-  
tia docent. Dies autem iste tertius apparet tertii mē-  
sis ab exitu Israël ab Aegypto. Ex die ergo quo Pa-  
scha fecerunt, id est, agnum immolauerunt & ede-  
runt, qui fuit quartuldecimus primi mensis, & vñque ad  
istum quo lex datur, dies quinquaginta numeran-  
tur: decem & septem fulcunt primi mensis, reliqui ab  
ipso quartodecimo: deinde omnes triginta secundi  
mensis, qui sunt quadraginta septem: & tertius ter-  
tij mensis, qui est à solemnitate occisi agni quinque-  
simus. Ac per hoc fit in ista umbra futuri, secundum  
agni immolati diem festum sicut quinquagimo die  
lex data est, quaē conscripta est digito dei: ita in ipsa  
veritate noui testamenti à festivitate agni immu-  
lati Christi Iesu quinquaginta dies numerantur,  
quando spiritus sanctus de altissimi datus est. Digi-  
tum autem deesse spiritum sanctum, supra iam dixi  
mus teste Euangeli.

LXXXI.

**Q** uæratur decem  
præcepta legis quemadmodum diuidēda sunt: utrum  
quatuor sint usque ad præceptum de sabbato, quaē

ad ipsum deum pertinent: sex autem reliqua, quo-  
rum primum, Honora patrem & matrem: quæ ad hoc Distin-  
minem pertinent: an potius illa tria sint, & ista: cito præ-  
ptem. Q. ui enim dicunt illa quatuor esse, separant ceptorū  
quod dictum est, Non erunt tibi dīj alijs præter me: decalogi,  
vt aliud præceptum sit, facies tibi idolum: & cetera.  
vbi figura colenda prohibentur. Vnum autem  
volunt esse, Non concupisces vxorem proximi tui:  
& Non concupisces domum proximi tui, & omnia  
vñque in finem. Q. ui vero illa tria esse dicunt, & ista  
septem, vnum volunt esse, quicquid de vno colendo deo  
præcipitur, ne aliud aliud præter illum pro deo co-  
latur. Hæc autem extrema præcepta in duo diuiduntur,  
vt aliud sit præceptum, Non concupisces vxorem  
proximi tui: & aliud, Non concupisces domum pro-  
ximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non  
asinum, nec omnia quæcumque illius sunt. Decem ta-  
men esse præcepta neutrī ambigunt, quoniam hoc  
scriptura testatur. Mibi tamen videntur congruen-  
tius accipi tria illa, & ista septem, quoniam Trinitas  
tamen videntur illa quaē ad deum pertinent insinuare  
diligentius intuentibus. Et reuera quod dictum est,  
Non erunt tibi dīj alijs præter me: hoc ipsum perfe-  
ctius explicatur cum prohibentur colenda figura-  
ta. Concupiscentia porro vxoris alienæ, & concu-  
piscentia domus alienæ, tantum in peccando diffe-  
runt, vt illi quod dictum est, Non concupisces domum  
proximi tui: diuncta sunt & alia dicente scriptura,  
neque agrum eius, neque seruum eius, neque ancil-  
lam eius, neque boves eius, neque subingalem eius,  
neque omne pecus eius, neque quæcumque proximi  
tui sunt. Discrenuis autem videtur concupiscentiam  
vxoris alienæ à concupiscentia cuiuslibet rei alienæ,  
quando utrumque sic coepit, Non concupisces vxo-  
rem proximi tui: & Non concupisces domum proxi-  
mi tui: & hinc coepit cetera adiungere. Non autem  
cum dixisit, Non concupisces vxorem proximi tui:  
huc connexuit alia dicens, neque domum eius, ne-  
que agrum eius, neque seruum eius & ceteras om-  
nia apparent hæc esse coniuncta quaē in uno præce-  
pto videntur contineri, & discreta ab illo vbi vxor no-  
minata est. Illud autem vbi dictum est, Non erunt  
tibi dīj alijs præter me: apparent huius rei diligentio-  
rem executionem esse in ijs quaē subiecta sunt. Q. uō  
enim pertinet, Non facies tibi idolum, neque vñum  
simulacrum: quæcumque in cœlo sunt sursum, &  
quæcumque in terra deorsum, & quæcumque in aqua  
sab terra, non adorabis ea, neque seruies illis: nisi  
ad id quod dictum est, Non erunt tibi dīj alijs præ-  
ter me? Sed rursus queritur quid differat, Non fur-  
tum facies: ab eo quod paulopost de non concu-  
piscentia proximi rebus præcipitur. Non quidem omni-  
nis qui rem proximi sui concupiscit, furatur: sed quia  
omnis qui furat rem proximi concupiscit, potes-  
rat in illa generalitate vbi de non concupiscentia re  
proximi præcipitur, etiam illud quod ad furtum  
pertinet contineri. Similiter etiam queritur quid  
differat quod dictum est, Non mœchaberis: ab eo  
quod paulopost dicitur, Non concupisces vxorem  
proximi tui. In eo quippe quod dictum est, non mœ-  
chaberis, poterat & illud intelligi: nisi forsitan in  
illis duobus præceptis, non mœchandi, & non fu-  
randi, ipsa opera notata sunt, in his vero extre-  
mis ipsa concupiscentia: quaē tantum differunt,  
vt aliquando mœchetur qui non concupiscit vox  
proximi, cum alia aliqua causa illi miscetur: ali-  
quando autem concupiscat nec ei misceatur, pœnam  
timens: & hoc fortasse lex ostendere voluit, quod  
utrumque peccata sunt. Item queri solet utrum mœ-  
chæ nomine etiam fornicatio teneatur. Hoc enim  
Græcum verbum est, quo iam scriptura vititur pro  
Latino, Mœchos tamen Græci non nisi adulte- μοχός.